Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvnvs Rectè Obeundum

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

De effectibus excommunicationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

Visual Library

Minor. patione ſacramentorum, & ab electione paſſiua, quia inhabilem facit ad quodcunque beneficium Eccleſiaſticum, &c.

Maior. Excommunicatio maior, ſeparatio eſt à communione Eccleſiæ quo ad fructũ, id eſt, ſacramenta, ſuffragia generalia, & participationem ſpiritualium.

Vt quis excommunicationem incurrat, actio conſummata requiritur. Aduertendum eſt tamen, quod niſi conſummata ſit actio, propter quam quis excommunicatur (licet ſit incepta) & niſi ſit agens ille ipſe qui elicit actionem (quamuis impetret) non eſt excommunicatus: niſi etiam excommunicarentur dantes conſilium, fauorem, &c. & tunc niſi conſequatur talis effectus, non ſubjacent excommunicationi.

Nota. Excommunicatio fulminatur propter mortale. Præterea cum excommunicatio non feratur, niſi propter peccatum mortale; qui ea eſt conſcientia, vt merito ſibi perſuadeat, quod nõ peccauit mortaliter, nunquam incurret excommunicationem à jure: quia ſententia juris non eſt injuſta. Effectus excommunicationis maioris (vt paulò diſtinctius explicentur) ſunt.

Maioris excommunicationis effectus. PRimò, priuari fructu & participatione diuinorum: qualia ſunt ſacramenta, & intereſſe officijs Diuinis,

etſi

etſi non publicè ſint excommunicati. Non tamen excluduntur ab ingreſſu Eccleſiæ, nec ab audiendo verbo Dei. Secundò, priuantur participatione bonorum operum Eccleſiæ, & orationum. Tertiò, excluduntur à regno cœlorum, ſi juſta eſt excommunicatio; vel etiam ſi injuſta, & malè contemnitur. Quartò, excluduntur ab actu ordinis cuiuſcunque: vnde qui exequitur, fit irregularis. Quintò excluduntur à beneficijs Eccleſiaſticis, quæ nec acquirere, nec alijs conferre poſſunt, nec de habitis fructus percipere, quamdiu ſunt in mora petendæ abſolutionis: & qui annum perſeueraret integrum, ſuſpectum hæreſis ſe redderet. Sextò, excluduntur ab ingreſſu Religionis, niſi priùs abſoluantur. Septimò, ab electione Canonica, actiuè & paſſiuè, quod extenditur etiam ad dignitatem laicam, vt Imperium, & Regnum. Octauò, excluduntur ab executione officiorum, & vſu juriſdictionis. Nonò etiam à ſpirituali poteſtate excluduntur, vt non poſſint ordinari, nec ordinare, niſi ſecreti ſint & tolerati: quod etiam in octauo effectu & ſeptimo, intellige, quod ad actiuam electionem attinet

Decimò, ab omni actu legitimo; vt procurare, inſtrumenta facere, & ab alijs actibus, in quibus homines communicant, vt cohabitare, &c. Vndecimò à ſepultura in loco ſacro, &c.

Excommunicatio licet injuſta timenda.

Excommunicatio ab homine lata, licet injuſta, timenda eſt, & quærenda abſolutio, dum non ſit nulla: & qui contemneret, mortaliter peccaret. Si autem nulla eſt, & non ſeruando illam, non ſequitur ſcandalum, nec timenda eſt, nec ſeruanda: debet autem caſus conſtare, ex quo ſententia ſit nulla, vt non timeatur: videlicet quod lata ſit à non habente authoritatem, &c.

Excommunica. nulla ſeruanda aliquando propter ſcandalum.

In excommunicatione à jure, vel ab homine, non eſt lata ſententia, ſed comminatio; cum dicitur, ſub pœna excommunicationis, &c. Cognoſcitur quod ſit lata, ſi ſit per verbum præteriti temporis, vt cùm dicitur. Sit excommunicatus: Aliqua etiam verba præteritis æquiualent, vt declaratoria, cùm dicitur, decernimus excommunicationi ſubjacere, & eſt lata ſententia. Quod ſi verba ſunt diſpoſitiua & ſonant in futurum (vt excommunicentur) non eſt lata, niſi addatur ipſo facto, vel quid aliud, vnde

appa-

DE EXC

appareat, quod ſen

De peccatis exc

E Excommunicat
municatione p
participationi ſa
vel paſſiuè.

Excommunicat
nicatione, peccat
immiſcendo ſe ſa
officijs. Secundo p
cum alijs in acti
quibus ſuprà, cùn
tur. Tertio pecca
bus humanis. Et
ta, hoc verſu ſignif
Os, orare, vale, co
Per Os intellig
nuntios, munera,
Per Orare intel
tiones publicas, &
Per Vale, ſalu
verbo vel ſcripto.
Per communio
aliquod exercitiu
cum excommuni
bitet, ſed pro diu
& actus aliqui hi
officij, & ſic de ali

appareat, quod ſententia ſit lata.

De peccatis excommunicatorum.

Excommunicatus minori excommunicatione peccat, ſi ſe immiſceat participationi ſacramentorum actiuè vel paſſiuè. *Excommunicatus minori excommunicatione.*

Excommunicatus maiori excommunicatione, peccat primo & mortaliter, immiſcendo ſe ſacramentis, & diuinis officijs. Secundo peccat, ſi communicat cum alijs in actibus Eccleſiaſticis: de quibus ſuprà, cùm de affectibus diceretur. Tertio peccat, immiſcendo ſe actibus humanis. Et communiter prohibita, hoc verſu ſignificari ſolent. *Excommunicatus maiori excommunicatione.*

Os, orare, vale, communio, menſa negetur.

Per Os intellige colloquia, literas, nuntios, munera, oſcula, amicitias, &c. *Os.*

Per Orare intellige ſacramenta, orationes publicas, & omnia ſpiritualia. *Orare.*

Per Vale, ſalutationem conſuetam, verbo vel ſcripto. *Vale.*

Per communionem, cohabitare, vel aliquod exercitium commune habere cum excommunicato. Non ita ſi cohabitet, ſed pro diuerſo negotio. Poſſunt & actus aliqui hic excludi, vt electioni, officij, & ſic de alijs. *Communio.*